



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

XV. Ne mortuus supra mortuum mittatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

Matth. 21. larum cantica exercere, nec conuiuia in ecclesia
præparare, quia scriptum est: *Domus mea, domus
orationis vocabitur.*

X.

Non licet super vno altario in vna die duas Missas dicere: nec in altario ubi episcopus Missas dixerit, ut presbyter in illa die Missas dicat.

XI.

Non licet in vigilia Paschæ ante horam secundam noctis vigilias perexplere, quia in illa nocte non licet post mediam noctem bibere, nec in natali Domini, nec in reliquis solennitatibus.

XII.

Non licet mortuis, nec eucharistiam, nec osculum tradi, nec velo vel pallis corpora eorum inuolui.

XIII.

Non licet diacono, velo vel palla scapulas suas inuolui.

XIV.

Non licet in baptisterio corpora sepeliri.

XV.

Non licet mortuum super mortuum mitti.

XVI.

Non licet die dominico boues iungere, vel alia opera exercere, nisi pro causis constitutis.

XVII.

Capitular.
l. 7. c. 334.
Iuo part.
10. c. 6.

Quicumque se propria voluntate in aquam iactauerit, aut collum ligauerit, aut de arbore precipitauerit, aut ferro percusserit, aut qualibet occasione voluntariæ se morti tradiderit, istorum oblatio non recipiatur.